

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. XVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

non eripiet, sed nec Juditham virginem publica fa- 123.
na sanctam. Albertum non in huius aulcoris, sed in
Pistorij gratiam agnoscam, qui in caesareo quodam diploma-
te an. 1156. ejus fieri mentionem dicit. Ceteros in me-
dio relinquo.

Cap. XVIII.

De Patruelibus Hermannii I. Marchionis Ba-
densis Bertholdo III. et Cunrado Zeringia Ducibus.

Bertholdo II. ad annum, ut supra diximus, MCXI.
vita functo successit in Principatu III. ejusdem nominis
Bertholdus, de quo Annales S. Petri. Bertholdus
prior natus, cum in Ducatum successisset, civitatem
Friburgensem condidit anno Dominica Incarnationis
1118. et postea cum comite de Tachsberg in vicum
quendam Alsatia Molsheim dictum descendens vio-
lenter hospitatus est, et ab irruentibus Civibus,
sociis suis dissipatis, indigna morte peremptus ano
quarto, postquam civitatem novam condidisset,
et sepultus est in capitulo nostro ante sedem Abbatis
anno MCXXII. Huic liberi non fuerunt. Hujus uxor
Sophia nomine Soror Henrici Ducis Saxoniae, postea
Comiti de Stive nupta. Successit autem ei in Ducatu
frater suus Cunradus, Rector Burgundiae, qui post

expletum vite huius tempus sepultus est ante Crucem
in sepulchro parentum suorum.

Fuerunt et hi ambo in S. Petrum liberales, quod ex
Diplomate constat, cuius initium: In XRI nomine, no-
tum esse cupimus tam futuris quam presentibus, quos
Dux III. Berchtoldus et frater eius Dux Conradus, filij
bonae memoriae Berchtoldi II. Ducis huius Ecclesiae funda-
toris nigrae Sylvae, quae nostra lingua Schwarzwalde ap-
pellatur, loca vel praedia seu possessiones hereditario
jure ad se transmissas et his vocabulis determinatas,
videlicet a Blataxo in monte Runden, et sic iugum
mortis &c. manu potestativa S. Petro Apolo Patrono
nostro pro redemptione animarum suarum, nec non
parentum suorum hic sepulchrorum, devote tradiderunt.
Actum VI. Cal. Ian. id est, in S. Joannis Evangelista
anno Domini Incarn. MCXII. anno sexto Henrici Regis
huius nominis quinti, ante Basilicam S. Petri, allatis
illuc D. reliquiis, huius loci regimen teneat Venera-
bili Domino Eppone Abbate, astantibus nobilibus Viris,
quorum nomina in rei gesta testimonium subscripta
sunt: Chunone de Hüringen / forte Hüringen / et
ejus filio Chunone Waltero de Horven, Gazonone de
Stofflen, Luzzelino et Adelberto de Ofhusen, Harberto
de Wedheim, Geraldo de Mitikofen, et de Domino Ducis
Chunone de Blanchenberg, Reinhardo de Weiller, Ger-
vardo de Vorstatt, Heinrico de Owen, Giseberto de
Weiller &c.

125.
Aliud Diploma Chunradi Ducis: In nomine Dni
nri Jhu Xpi. audite Jhu membra Christi et Matris
Ecclesie filii, auseultate fideles tam futuri, quam
presentes, qualiter preclara nobilitatis vir Bertholdus
cum uxore sua fel. mem. Agnete, nec non suis tempo-
ribus Dnus Bertholdus et frater ejus Dnus Cunradus
hujus sobolis geminus partus, inter cetera pietatis
opera huic canobio ab adificationis primordio hoc spe-
cialis gratia privilegium jure hereditario tradide-
runt, quicumq; de Clientibus suis vel familia huic
Ecclesie devotionis gratia conferre vellent aliquas
facultates vel patrimonia, omnibus liberam pote-
statem voti complendi permiserunt &c. Actum VIII.
Cal. Jan. Luna 27. anno Dom. Incarn. MCXXIII. gu-
bernante Rom. Impo. Rege Henrico hujus vocabuli V. In-
vid. V. ser. II. in castro, quod vulgari lingua Baden nuncu-
patur, presente cum reliquis suorum Abbate interfuerunt
huic Expeditionibus excepta magna numerositate plebis
aliqui nobilium virorum, quorum nomina hic sunt
signata in rei gesta testimonium Cunradus de Nuwen-
stein, Ersegerus de Steinstatt, Henricus de Hardegga,
Henricus de Wartha, Bertholdus et Cunradus de Bruch-
heim, Egilolfus de Brandegga, Durcharius de Hussen,
Bertholdus de Gundelfingen, Ingelbertus de Vesthoue,
Aderant etiam ex familia Ducis Adelbertus de
Stoffen, et filius ejus Godefridus, Bertholdus de Mii-
lenheim et duo filij ejus &c.

126. In gratiam Equestris Nobilitatis, quia non pauci
ex his familiis adhuc florent, ita paulo fufius exferi-
psi. De condito per Bertholdum III. Friburgo Bris-
govia ita scribit Guillimannus Habsp. l. 5. an. MCX-
VIII: condere capit Bertholdus III. ex vico in Brisica
per metallarias officinas haud infrequenti nobilem
et eximiam Urbem haud procul ab Arce Zeringa,
quatuor scilicet passuum millibus, quam Friburgum
vocari voluit.

Joannes Fautschius Med. Doct. et in Universitate Fri-
burgensi Professor in Loemate an. 1607. edito ita
canit:

Est locus Hercinis, qua juxtim sylva nivosa
Arceit montes, et Saxa minantia celo.

Quem, cum Scriptorum referunt monumenta priorum,
Illustri Princeps, Ducibus prognatus avitis
Bertholdus Zeringiacus, quo illustrior alter
Vix pietate fuit, vix bello major et armis
Urbis in effigiem primo signavit aratro.

De Cunradi Ducis rebus bello praeclare gestis, quan-
do Caesareus Archistrategus Burgundia invasorem
Reginaldum Comitem, expugnato Moncione mu-
nitissima arce captivum Henrico V. Imp. Spira sti-
lit, dimissumque, et postea Lothario Caesari rebellan-
tem rursus coercuit, totiusque Burgundia minoris
Rector et Dux ipse renunciatus est, quin et Regis

Arrelatensis titulo a quibusdam cohonestatus. Vid. 127.

Guillimannum l. 5. a pag. 296. usq. ad 299. qui et
alibi de Cunrado isto, clara, inquit, virtutis et mili-
tariis scientia fuit, precipuaq. apud Reges auctoritatis.

Quod autem postea Cunrado III. Franconia Duci a
pleriq. Electoribus in Regem assumpto et coronato ipse
cum Henrico Bavaro et Episcopis nonnullis secessionē
fecit, nec eum agnoscere voluit, grave illi accessit
malum, nam Fridericus Conradi III. ex fratre nepos
illum summa sua celeritate cum exercitu obruit,
Tigurum, ejus urbem expugnavit, tota praefectura
Tigurina depulit, inde in Brisiacos deductis copiis
Feringam arcem, situ et monumentis inexpugnabi-
lem judicatam praeter omnium opinionem cepit, ac
Feringum ad pacem petendam coegit, ita Annales He-
remi.

Decesit anno 1152. 8. Jan. Si enim habet Necrologium
Monasterij S. Petri: 8. Jan. obiit Cunradus Dux de
Feringen, pro quo Uxor ejus dedit praedium ad Hottenbach,
et casulam purpuream. Anno eodem in eodem etia
tumulo conditi sunt Bertholdus et Rudolphus fr-
tres Cunradi: in adolescentia defuncti. Filius etiam
suus Cunradus. Uxor ejus Clementia de nobilissi-
ma progenie Francorum, de castro scilicet Namur-
censi cum iisdem locata est. De hac Piespordius:
Uxor Clementia F. Goffridi Namurci et Luxemburgi
Com. qua obiit anno 1159. De filiis, qui superstites

fuere quatuor, nimirum Bertholdo IV. Duce, Rudolpho Episcopo, Adelberto et Hugone postea agemus.

Cap. XIX.

De Hermanno II. Marchione Badensi.

Succesit hic patri Hermanno I. in regimine aⁿo 1130. jam tunc, ut opinor, conjugem habens Bertham Matthei Lotharingia Ducis filiam, Friderici I. Imp. ex sorore nepsem: duxerat enim Mattheus Friderici Suevia Ducis cogn. onoculi, qui Friderici Imp. pater fuit, filiam, etiam Bertham nomine, et haec sorus Hermannii fuit.

Anno 1134. Divi Pancratij Ecclesiam in Bäcknangensi oppido supra memoravimus a pietissimis parentibus extructam atq; dotatam filius non degener, sed munificentia in Deum et res sacras amulator aspernante Bertha conjugis redditibus auxit. Extat integrum atq; illaesum Episcopi Spirensis Diploma, quo donationem ab his factam roborat. Ejus initium est: Notum sit omnibus, tam modernis quam posteris, qualiter Marchio Hermannus ex consensu Bertha conjugalis suae praedium suum in pago Huningen, situm in Comitatu Adelberti, quod jure hereditario possederat, Ecclesiae S. Pancratij in Baggenane, fratribusq; inibi Christo secundum regulam S. Augustini servientibus pro remedio anima